

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quidquid profers ne parcas aliis, contra te profers ne parcat tibi Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

vocari possunt, sive ad verba Christi Domini quærentis à ecclæso, Num credat in filium Dei; Si ve ad hujus ecclæsi verba dicentis, Credo Domino. Cenè hoc pauci vere possint respondere, unde est illa hic in primis opportuna Veritas:

Nullus est Christianus qui non credat Christum esse filium Dei: & vix est ullus Christianus qui hoc verè credat In 3. parte, Die 6. Augusti.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

DE PARABOLA DEBITORIS DECEM MILLIUM TALENTORUM, AD CONDO- NANDAS MUTUAS INJURIAS.

Sic Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matth. 18.

VERITAS PRACTICA

Quidquid profers ne parcas alii, contrate pro-
fers ne parcat tibi Deus.

RATIO EST. Quia quidquid profers, vel in-
justum & falsum est, vel iustum & verum
tibi videtur.

Sed si falsum est, aperte contra te est: aut si ius-
tum videtur, illud ipsum habet Deus quod
contra te profera.

Ergo quidquid profers ne parcas alii, contra te
profers ne parcat tibi Deus; ne proinde potius
silendum est. Et quidquid contra charitatem
exhibendam offertur, comprimentum.

I. PUNCTUM.

 SSIMILATVM est regnum
celorum homini Regi qui voluit
rationem ponere cum servis suis,
& oblatus est ei unus qui debe-
bat ei decem millia talenta. Vide
qua plura in libro habentur textu de illa para-
bola hodierni Evangelii, cuius scopus & finis
est ut intelligamus Deum simili profers modo
se erga nos habiturum, quo nos erga proximos
gescerimus circa injuriarum condonationem.
Quo de argumento jam supra multoties actum
est; Nunc quia solent semper in particulari casu
Hayne fuit Pars quarta.

qui nos attingit, obrepere rationes quas profe-
rs ne parcas alii, contrate profers ne parcas
tibi Deus. Quidquid enim illud sit, vel falsum est
& injustum, vel verum & iustum tibi videtur.
Inter haec duo, non datur medium, nisi forte
dicas cum impiis, Sit fortitudo nostra lex justi. Sap. 2.
tie: Quasi dices te hic non spadare quid sic
falsum aut verum, quid iustum aut injustum;
sed hoc unum quod de inimicis placet ulcisci,
vel quia displaceat accepisse injuriam, nunc quan-
tum possis, velis eam referte. At nonne hoc
qui audent dicere, tam manifestè dicuntur erra-
re, ut à sua etiam malitia dicantur excoecati. Nec Ibid,
objicias posse aliquid partim esse iustum &
partim iustum, nam malum ex quovis defectu
est: & si qua parte iustum lœdatur, tota ruit ju-
stitia. Quia enim participatio justitiae cum iniqui-
tate? Aut qua societas lucis ad tenebras? Re. 2. Cor. 6.
sponde Apostolo, vel acquiesce.

II. PUNCTUM.

SED si falsum est illud quod profers ne par-
cas proximo tam aperte contra te profers,
quam manifestum est quod sic falso iustitie
proximum vexans, tu divinam in te justitiam
provocas, juxta illud Scripturæ frequentissi-
mum:

V

mum:

ff. 93.

mum : Et reddet illis (Deus iniquitatem ipsorum : & in malitia eorum disperdet eos : disperderet illos Dominus Deus noster. Nonne hoc est contrarie agere, sicut disperendum proferte? Nonne neganda est propterea divina iustitia, vel hæc tibi valde formidanda?

ff. 43.

Quod si justa tibi videntur quæ contra proximum profers ne illi parcas : hæc ipsa tantò iustius contra te profert Deus ne tibi parcas, quanto tua tibi magis iusta videbuntur. Quid enim ait? Quid legitime quereris? Quid justè contraria deponis? Reduc me in memoriam, ait ipse Deus, & judicemur simul. Narra si quid habes, ut iustificeris. Dices videlicet injuriam tibi gravem illataam! Tuam ab indigno laesam esse dignitatem! Tuam ab ingrato proculcam beneficentiam! Multam esse laedentis hominis, à te læso distantiam! Jam sèpè plures illi condonatas injurias! In abusum veru nimis tuæ facilitatis usum.

ff. 1.

Nonne hæc sunt & consimilia quæ tam justa tibi videntur ne illatas condones injurias: ut quas ite iustè putas agere si eas condonares? At verò vide si hæc apud te valent nec parcas proximo quidquid peccarit, quanto magis apud Deum valere possint ne tibi peccatori parcas. Si hæc justè profers contra proximum, vide quām iustus illa ipsa contra te profert Deus.

Tuillatam tibi gravem dicas injuriam: At vel unum peccatum nonne est gravior Divinæ Majestatis injuria, quām si vel omnes creature simul essent ab uno læse, quantum graviter lædi possunt? Quid denarius ad talentum? Quid denarii centum ad decem talenta millia? Quem te ipsum facis oppositum Deo? Quæ tua dignitas ad Divinam à te offendit? Aut quæ illius, qui te offendit, indignitas, ad tuam, humilio vilissimè, si cum Deo compateris, indignitatem? Beneficia collata commemoras quæ ingratæ ille proculcavit qui te immergit laetivum? Tunc verò nihil à Deo, te acceperis agnoscet? Nihilne creationis beneficium, nihil redemptoris, nihil conservationis & sexcenta, et alia quibus abundas existimabis, & quibus cùm nihil præter offendam reddas, non te propriea dices ingratus? Non audis quod ipsi audiante cœli, & quod auribus terra percipiatur? Quoniam Dominus locutus est: filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem preverunt me. Dic vero quæties idem tibi remissum est crimen? An si querer aut quinque satis esse putas remissam à te injuriam, nonne satis esse putabis cùm tibi mil-

lies jam à Deo remissa fuerit? Quod si vel fortiores te non peccasse crederes, dic sodes an praemias te non deinceps omnino peccatum, vel an peccanti nolles tibi Deum parciturum, quoties ut parcas, petes?

Denique quod postremum profers de abusu venie, quæ quando frequentior est, inolentiores reddit adversarios tuos: nonne & tu ex illis es de quibus dicitur: Etenim quianon profertur Ecclesiastis, cito contra malos sententia: absque timore ulli filii hominum perpetrant mala? Nonne in dies contra omnipotentem raboraris, ut est in libro Job: & adversus eum tam erubet collo & tam lobatur pingui cervice curris armatus, quām si nondum illa tibi data fuisset peccati venia?

III. PUNCTUM.

PATE T igitur evidenter quod quidquid profers ne parcas aliis, contrarie profers ne parcas tibi Deus: Nam vel nullum est contra proximum, vel contra te valeat necessè est. Cur enim contra illum nisi quia iustum putas? Cur idem verò non contrarie, cùm sit tantò id iustus quanto te major Deus est? Quod si bonitatem eius in parcendo cogitas, cur non camimatis ut sic uile tibi, sic tu parcas proximo? Nonne hoc est bonitatem & iustitiam eius vel pervertere, si ne parcas proximo divinam amuletis iustitiam: tibi verò ut parcat Deus, divinam ejus interponas bonitatem? Quid magis oppositum divinis iustitutis quibus eruditum, spectandam esse Dei benignitatem ut sic invicem benigni simus & timendam verò iustitiam, quæ pati certè mensura quā mens fuerimus aliis, nobis remeteremus?

Diligite, inquit, inimicos vestros: benefacite Litteris 6 his qui oderunt vos, ut sis filii Patrii vestri qui in celo est. Ecce tunc, Este in vicem benigni, Epistola misericordes, donantes in vicem sicut & Deus in Christo donavit vobis. Donantes vobum, sicut Celsus, quia adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavos vobis, ita & vos. Si autem Matth. 6. non dimiseritis hominibus, nec Pater vobis dimittet vobis peccata vestra. Sic, & Pater meus Ibid. 18. cœlestis faciet vobis, si non remiseritis paucis fratribus suo de cordibus vestris. Iudicium enim si. Ioh. 2. ne misericordia illi qui non fecit misericordiam.

Quid crebrius in Scripturis? Quid frequenter in sanctis Patribus? Quid ad omnem posteritatis memoriam, exemplis comprobatum illustrioribus? Tamen è converso, quasi nouum

Matt. 26.
Ioh. 3.4.
Matt. 1.Lucas 1.
Lucas 6.

Matth. 1.

Matth. 1.

vum velis recudere rebus statum, tu divina fre-
tus justitia, misericordiam proximo denegabis:
& violatae misericordiae impunitatem ab ipso te
Matt. 26. jaetabis obcenitrum misericordia? Quomodo
ergo implebuntur Scriptura?

Ap̄te autem ex multis, S. Augustinus: Porro
Matth. 34. tibi earegula bonitatis praescripta est, ut imitaris bo-
nitas patris sui, qui facit Solen suum oriri super
bonos & malos, & pluit super justos & injus-
tos. Numquid enim tu habes inimicum, & Deus
non habet? Tu quidem eum habes inimicum qui
tecum creatus es: ille verbum quem creavit.
Inimicos ergo Dei malos & iniquos sepe in Scri-
pturis legimus, & parcat ei ille qui non habet
quod ei impunet inimicus, cui omnis inimicus in-
gratus est: ab illo enim habet quidquid boni ha-
bet. Ab ipso enim habet misericordiam, quidquid
est, etiam unde tribulatur. Ad hoc enim tribula-
tur ne superbias: ad hoc tribulatur, ut humilis
agnoscatur ex celsum. Tu ergo inimico tuo quem in-
tolerabiliter pateris quid praeferis? Si ille eum
habet inimicum qui ea tanta praeficit, & facit
Solen suum oriri super bonos & malos, & pluit
super justos & injustos: tu quin nec Solem pores o-
riri facere, nec super terras pluere, unum aliquid
servare amico non potes, ut sit tibi Pax in terra
homini bona voluntatis? Ergo quantum hac tibi
dilectionis regula figurit, ut imitans patrem, dili-
gas inimicum: Diligit enim, inquit inimicus ve-
stros: in hoc precepto, quomodo exerceris si nul-
lum inimicum patereris.

Etnon paucis interjectis: Cum aliquid tale
patitur Christianus, non debet facile velut odio
ire in eum, à quo patitur, & velle ventum vin-
cere, sed convertere se ad orationem ne amittat
dilectionem. Neque enim timendum est, ne ali-
quid facias homo inimicus. Quid enim facturus
est? Multa mala dicturus, opprobria faculatu-
rus, in convivis savitus. Sed quid tibi? Gau-
Math. 5. dete, inquit, & exultate, quoniam merces vestra
magna est in celis. Ille in terra gemit convi-
tia, tu in celo lucra. Sed savitus amplius, possit
& aliquid amplius, quid te securius: cui dictum
est. Nolite timere eos qui corpus occidunt, ani-
mam autem non possunt occidere? Quid est ergo
timendum quando pateris inimicum? Ne concur-
betur in te dilectio, quia diligis inimicum. Ete-
nim inimicus ille homo caro & sanguis, quod vi-
det in te, appetit. Alius autem inimicus occultus
rector harum tenebrarum, quae tu pateris in car-
ne & sanguine: alterum occultum tuumperit,
thesauros tuos interiores depradari & vastare

molitur. Duos ergo inimicos constitue tibi ante
oculos. unum apertum, & alterum occultum.
Aperatum hominem, occultum diabolum. Homo
ille, hoc est, quod tu secundum naturam huma-
nam, secundum fidem autem & dilectionem non-
num quod tu, sed poteris esse quod tu. Cum ergo
sint duo, unum vide, alterum intellige unum di-
lige, alterum cave. Namque & inimicus ille
quem vides, hoc in te vult humiliare unde vim-
citur. Verbi gratia, si divitiis suis vincitur, pau-
perem se vult facere: si honore suo vincitur,
humilem te vult facere: si virtibus tuu vincitur,
debilem te vult facere. Ea ergo attendit in te vel
dejicere vel auferre quibus vincitur, & ille oc-
cultus inimicus, illud tibi vult tollere unde vim-
citur. Homo enim hominem vincit humana felici-
tate, diabolum autem vincit inimici dilectione. Quomodo ergo homo ambit auferre tibi &
destruere, aut avertere felicitatem, qua vinci-
tur, sic & diabolus hominem vult vincere aufer-
endo unde vincitur. Sed cura in corde servare
inimici dilectionem, qua diabolum vincit. Saviat
homo quantum potest, auferat quicquid potest: si
diligitur aperiè savies, vices est occulte farcire.

Quia porro de hac materia desiderari possunt
uberioris, subjectæ tibi subministrabunt Verita-
tes suis declaratae locis.

Inimici nostri magis prodesse possent
odio quam profusent obsequio.

In 1. parte, Die sanctorum Innocentium.

Injuriosum est Christo si nulli quidem
velis inferre injuriam, nolis autem
illatam ferre.

In 1. p. Die 16. Januarii, ad illas voces, Ecce
agnus Dei.

Qui sibi innocentia factam injuriam ni-
mis dolet, suæ ipse innocentia inju-
riam facit.

In 2. p. Fer. 2. Hebd. 4. in Quadragesima.

Illustrior de inimicis palma est, mori
pro eis ne moriantur, quam ipsi
perditis triumphare.

In 2. p. Dominica Palmarum.

Esto appareat aliquæ irascendi cause,
multò tamen plures sunt validiores
ne irascaris.

In 2. parte, Fer. 3. Hebd. 3 post Pascha.

V 2 Beati

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

In 3. p. Fer. 6. Hebd. 3. Vide & Fer. 4. nec non Dominicam 5. sequentem ubi de ira & odio, &c.

Si naturae humanae durum est obedire Christi precepto, longe est durius gratiae, naturam humanam non obediere Christo.

In 3. p. Fer. 6. Hebd. 3. Vide & Fer. 3. prae-

dente.

Sicut pauci dimittunt suis debitoribus, ita & paucis sua dimittuntur debita.

In 3. parte, Feria 6. Hebd. 6. Quia hic pluri-

mum opportuna, sicut & sequens.

Si semel sunt condonandae injuria, sunt semper condonandae.

Vel nullas unquam recte voles condonare, vel semper omnes condonare voles.

In 4. p. Fer. 5. Hebd. 16.

Possent verò ex nonnullis Evangelii partibus excipi quædam ad diversos ordibata fines & status, prout ipsa verborum quæ feliguntur significatio suggeret.

Assimilatum est Regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum servis suis.

VERITAS PRACTICA.

Qui ne forte terreatur, non cogitat reddendam rationem, magis terrendus est quia non illam cogitat.

In 3. p. Dominica 8. ubi & sequens habetur:

Qui se interrogat ante judicium, interrogatus in judicio facilius respondebit.

Ecclesiast. 18. Insta illud scilicet Sapientis: Ante judicium interroga te ipsum, & in confiteitu Dei invenies propitiationem,

Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta.

VERITAS PRACTICA.

Malo peccati nullum pat aliud malum.

In 3. p. in appendice ad missiones cap. 13. fuit.

Cum autem non haberet unde redde-ret, iussit eum Dominus eius va-nundari, & uxorem eius, & filios, &c.

VERITAS PRACTICA.

Unde timorem minuis, inde magis tibi timendum est.

In 3. p. in eadem appendice cap. 8.

Procidens autem servus ille, orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omniareddam tibi.

VERITAS PRACTICA.

Divinas debemus patientiae, quod non extrema quæque patimur.

RATIO EST. Quia quæ sunt condigna nos-tris peccatis si non patimur, hoc Dei miserationis & patientie donum est, hoc divina debemus pati-entia.

Nisi enim patientiam habuisset in nos, statim atque commissum est peccatum, merebatur peccatum: & puniuntur fuissit, sicut in rebellibus An-gelis, & in multis aliis peccantibus qui in fla-granti delicto perierunt. Misericordia Domini Thru. 3. quia non sumus consumpti, quia non defecimus miserationes ejus.

Sed sunt extrema quæque condigna peccatis nostris; Imo & infra condignum infernus est, id est, inferior & minor est pena quæ si velu-na mortalis culpa: nullusque peccator est qui quod in libro Job dicitur, sibi suis in penitentia usura-pare non debeat: peccavi & verè deliqui. & Iob. 1. ne eram dignus, non recipi. Vide in appendice millionum de peccato mortali.

Ergo